



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

285. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De fame & pestilentia.

CCLXXXIII. De hoc si evenerit fa-
mes, pestilentia, inæqualitas aëris, vel alia
qualiscunque tribulatio, non expectetur edi-
ctum nostrum, sed statim deprecetur miseri-
cordia Dei.

Lib. 1. Capi-
tular. c. 118.
Burchard. lib.
13. c. 18.

Quid sit usura.

CCLXXXIV. Usura est ubi ampliùs re-
quiritur quàm datur, verbi gratia, si dederis
decem solidos, & ampliùs requisieris; vel si
dederis frumenti modium unum, & super eum
aliquid exigas.

Lib. 1. Capi-
tular. c. 125.
Burchard. lib.
2. c. 116.

Item cap. CXXIII.

CCLXXXV. Turpe lucrum exercent qui
per varias circumventiones lucrandi causa in-
honestè res quaslibet congregare decertant.

Lib. 1. Capi-
tular. c. 129.

Quid sit fœnus.

CCLXXXVI. Fœnus est, qui aliquid
præstat. Justum fœnus est, qui ampliùs non
requirit nisi quantum præstitit.

Lib. 1. Capi-
tular. c. 130.

De eadem re. Ibidem cap. CXXV.

CCLXXXVII. Quicumque enim tem-
pore messis vel vindemiæ, non necessitate,
sed propter cupiditatem, comparat annonam
vel vinum, verbi gratia, de duobus denariis
comparat modium unum, & servat usque
dum venundetur denariis quatuor aut sex aut
ampliùs, hoc turpe lucrum dicimus.

Lib. 1. Capi-
tular. c. 131.
Burchard. lib.
2. c. 127.